Iudicialiter quotiens exit vel intrat totiens penam iudici demeretur Ita si publicatio super ipsum iure ac iuste sit acquisita

De pactis firmitate et de dono infra anni possessa capitulum vicesimum

Quidquid masculus dat sub banno si possidebit pacifice et quiete absque arrestatione aliqua anno et die hoc perpetuo et melius obtinebit quam cum iudice et scabinis qui absque aliquis possit excusare Et si iudex et scabini mortui fuerint quod tamen cum aliis fide dignis ad minus duobus scabinis et quatuor viris probitate probatis testimonio et per bona donata sibi obtinebit

De dono in infirmitate donato c

Nemo masculus nec ulla mulier possunt in lecto egritudinis de suis bonis alicui ultra tres solidos dare absque heredum consensu seu voluntate etc. XXI

De hereditate ubi nec fratres nec sorores sunt Capitulum XXII

Quod si hereditas in fratribus et sororibus defectum habuit extunc omnes qui se linea equali consanguinitatis ostendere potuerint in hereditate succedunt equaliter Cum autem in possessione est si bene sacerdos et [illegible] aut manserit tamen supellectilia recipit si nulla puella fuit Si autem puella et sacerdos fuerit tunc supellectilia inter se dividunt

De firmatione pactis pro hereditate C XXIII

Quidquid masculus dat in iudicio bannito coram iudice et scabinis ibi recipiens dat unum solidum pro dono cognitionem quam recipiunt scabini

De debito iure acquisito XXIIII

Quicumque coram iudicio aliquem pro debito impulsaverit si debitum tecto iure consecutus fuerit oportet eodem die solvere et iudex in eo suam penam acquisivit Si autem querimonia facta fuerit super aliquem pro debito de quo fatetur solvere tenetur infra duas ebdomadas Et si debito in statuto modo non solverit extunc iudex in eo penam acquisivit Extunc solvere mandat ad octo dies deinde ad tres dies deinde die sequenti Quotiens tunc mandatum debitor adimplere neglexerit totiens penam suam iudex in eo acquisivit nisi iure se excusare Cum autem iudici et debitum creditori solvere contempserit extunc fiscatur sua possessione per hoc compellitur quod debitum creditori et penam iudici persolvat Si autem possessione caruerit extunc banno appellatur extunc bene potest comprehendi ubi visus fuerit pro debito et pena Et quotiens ipsum vult hoc tenuerit penam iudici demeretur

[library stamp]